



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Cap. I. Verbum domini quod factu[m] est ad Jobel filiu[m] Phatuel.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

PROLOGVS RVP IN IOHEL PROPHETAM.



Vi operantur in me (ait sapientia) no peccabunt, & qui elucidant me, uitam aeterna habebunt. Sapientia q haec loquitur, Chrus est, que & A plus pdicat dei uirtute & dei sapientia: q & alibi protestat. Ego (inquiens) ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omne creatura. Hae sapientia maxime in propheta latet, & iccirco elucidari postulat: magna elucidatibus sese remuneratio, id est, uita aeterna repromittens. Tantae remuneratiois spe, studiu nostru nos exigui sanctoru patru coiugimus studijs, q summopere desudauerunt, ta in propheticis q in ceteris sanctis scripturis: hoc studetes, ut sapientia dei Chrs, q latebat i illis, possit agnosci, & facie eius expositio clara legentibus insigniter ostendere, qua sub lra grossio uelamine prouidentia sancti sps indignis occulta ee uoluit. Hancq uita aeternae spem, prima ia & pparatoria merces corroborat atq laetificat, si fiat nobis qd promisit, dicens: Et q operant in me, no peccabunt. Sicut em multa malitia docuit otiositas, sic ecotra occupatio bona, & meditatio scripturar: saepe cogitationes nequa & gradia, q subintrare poterat, excludit pcta. Fere de oibus, q scriptitare audemus, uel haecenus ausi fuimus, haec apud oes nra resposio uera esse ft, ut nequa q psumptioni seu uanae temeritati deputet, q nos postremi hoies, post magna sanctoru patru opa, in scripturis sapientia quicq operamur, qa uidelicet iccirco taliter exercemur, ut sedm promissiones eius, & in plenti no usq: quaq peccemus, & in futuro uita aeterna habeamus. Igitur oculo simplici, id est, intentione fideli te requirentes, teq: elucidare cupientes, nos aspirando pueni, & adiuuando prosequere sapientia dei, qua in te operantibus, teq: elucidantibus tanta remuneratioe repromittis: & post Osee secundu Iohel, qui illu in ordine duodecim prophetaru sequitur, reuelata facie nobis annue contemplari. ¶ Finis Prologi.

Ecclesi. 24
i Cor. j.
Ecclesi. 24

Meditatio in scripturis.

RVPERTI ABBATIS
TUITIENSIS IN IOHEL PROPHETAM.
COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.



Verbum domini quod factu est ad Iohel filiu Phatuel. De eo qd ad prophetas dicitur uel scribitur ee factu uerbu dni, in initio propheta pcedentis, scilicet Osee diximus, sedm patru sanctoru sniam, fideiq: catholice regula qa uidelicet ad prophetas quide factu est. i. in tpe uel ex tpe accessit hoc uerbu. Ad deū aut nequa q factu est: neq: ei factura ē, sicut Artiani garruūt, sed in principio erat apud ipm. Hoc nāq: uerbu est Chrs filius dei, que & hic Iohel filius Phatuel, tā proprio q paterno noie significat, nō minus q pcessor eius Osee filius Beheri. Iohel nāq: ē deus. Phatuel latitudo dei interpretat. Porro de uerbo dni, de Chro filio dei, iadadu lōgo uictrix certamine fides obtinuit, & pdicat qa est deus. Et q est latitudo dei, nisi dilectio uel charitas dei: Eteim Psalmista cū dixisset: ois cōsummatōis uidi finē, charitatē intelligi uolens: de q & Aplus: Finis (inq) pcepti est charitas: cōtinuo subiūxit, latū mādatū tuū nimis. Huius nimirū latitudis dei Chrm ee filiū, aplus idē cōfirmat his uerbis. Qui eripuit nos de pte tenebrarū, & trāstulit in regnū filij dilectōis suae. Igit & huius tā propriū q paternū uocabulū, hoc innuit, qa hi ad qs factus ē sermo dei, p grām sunt dii & filij dilectōis dei: sicut & ipse unicus dilectōis filius scriptū ee meminit, dicens Iudaeis. Nōne scriptū est in lege uestra: ego dixi dii estis & filij excelsi oēs: Nō pauca uel pua ee existimāda sunt, ea q dicturus ē, propheta tāti nois, licet sermone breui pserim qa sic incipit. **L** Audite hoc senes, & auribus pcipite oēs habitatores terre. Si factū est in diebus uestris, aut in diebus patru uestrorū, sup hoc filijs uestris narrate, & filij uestrū filijs suis, & filij eorū generationi altere. Residuū eruce comedit locusta, & residuū locuste comedit bruchus, & residuū bruchi comedit rubigō. Ergo scimini ebrii, & flete, & ululate oēs qui bitis uinū in dulcedinē, qm pijt ab ore uestro. Hec & cetera q sequūt se multa & magna sūt, talisq: modus ipe dicēdi q enunciatur, imō fortiter auribus nris illidūtur, ut uere nō solū dormietes ueruetā p ebrietate absorpti & sepulti reputent, qcūq: ad clamores istos tā terrificos nō excitant. Predicit em, tā primū q secundū dni nri Iesu Chri aduentū, diē magnū & horribilē: hoc uehemēter intendēs, ut hoies ad eius aduentū p poenitentia sese pparent.

Verbu domini Chrus est.

IOHEL.

Psalm. 118.
1. Timo. 1.
Colos. 1.

Iohan. 10.

Uehemēs annunciandi modus.

Summa

COMMENT·RVPER· ABBA· LIB· I

Summa hæc prophetæ intētio est. Eteñ quæ cūq; alia prius uel citius uētura p̄dicit, iccirco & à deo fieri, & p̄ prophetas p̄nūciari oportuit, ut citius adimpleta, fidē mortalibus facerēt de maioribus longo post futuris. ¶ Notāda igitur mira discretio prophetæ, imò spūs sancti p̄ prophetā loquētis, q̄ apud multitudinē nō unius moris sese uerba facere p̄sentis, ita in exordio q̄ attentos facere intēdit cūctos auditores, bifariā discernit ac distinguit. Audite (inquit) hæc senes, & auribus p̄cipite oēs habitatores terræ. Senes & habitatores terræ, hoc dixerūt, q̄ cœli & terra apud Esaiā dicentē. Audite cœli, & auribus p̄cipe terra. Senū q̄ppe taliū tā uenerabilis senectus ē, ut etiā cœli merito uocent. Senes uidelicet, propter mētis canicie uel sensuū maturitatē, iuxta illud sapiētis. Senectus em̄ uenerabilis ē, nō diuturna, neq; annorū nūero cōputata; canī em̄ sunt, sensus hoīs, & ætas senectutis uita immaculata. Cœli aut̄ pro eo q̄ dicere possunt, n̄ra aut̄ cōuerfatio in cœlis est. Porro, habitatores terræ cūre p̄hēsioe hic dicunt oēs illi, q̄ tā terrena corda gerūt, & adeo terrena sapiūt, ut terra q̄q; uocari mereant, de qualibus & ad serpētē dictū est, terrā comedes cūctis diebus. ¶ In duas p̄tes istas omne hoīm genus diuiditur, & utraq; pars hic in isto propheta inuenit uel audit: un de excites siue terreat. Nā aliq̄ sunt quorū ita incanuit fides, exēplo senis Abraham̄ p̄is ipsorū ut de actibus hoīm curā eē deo nō dubitēt, & audiētes promissionē de Ch̄so uēturo, minas q̄ de iudicio futuro, q̄uis tēporalibus prosperis abundēt, nihilominus tñ uētura credāt atq; formidēt. Aliq̄ uero & istis multū dissimiles sunt, q̄ dū, modo p̄sentibus bonis affluūt de futuris bonis aut malis nullū habēt respectū. Illos nimirū tēporalibus oportet aduersis excitari, ut saltē uexatio sola intellēctū det auditui. Itaq; iā in exordio postulata attentione, ut oēs habeāt aures audiēdi, cōfestim dicit. Si factū est istud in diebus uestris, aut in diebus patrum uestrorū, sup̄ hoc filijs uestris narrete, & filij uestri filijs suis, & filij eorū generationi altere, Ac si dicat. Nulla hæc meminit etas q̄ dicturus sum, nec uestro nec patrū uestrorū atq; maiorū facta sunt tpe. Quæ sunt illa? Residuū (inqt) erucæ comedit locusta, & residuū locustæ comedit bruchus, & residuū bruchi comedit rubigo. Mala de proximo uētura p̄mittit habitatoribus terræ; postea dicturus de Ch̄so iudicioq; futuro, qualia debeāt expectare, ut dubitare illis nō liceat de rebus maioribus procul uēturis, cū ista de rebus minoribus prophetæ pars cito cōpleta fuerit. ¶ Deniq; p̄ erucā Assyrios Babylonios atq; Chaldaos intelligim̄ q̄ de uno orbis clymate procedētes, tā decē tribuū q̄ Hieroboā separauit à domo Dauid, q̄ duarū, hæc est Iuda & Benjamin, cūctā uastarūt. Per locustā Macedos Persas, q̄ subuerso impio Chaldecorū Iudæos habuere captiuos. Per bruchū Macedones & oēs Alexandri successores, maximeq; regē Antiochū cognomēto Epiphane, q̄ instar bruchi sedit in Iudæa, & oēs priorū regū reliquias deuorauit, sub q̄ Machabæorū bella narratur. Per rubiginē imperiū Romanorū, q̄ quarti & ultimi in tantū oppressere Iudæos, ut de suis eos finibus protrahētes ducerēt uel transmitterēt captiuos: cuius rei mirabilē atq; miserabilē tragœdiā plenius scribit Iosephus septē uoluminibus Vespasiani & Titi denarrāstriūphos. Hęc quatuor regna subuerterūt Iudæā. ¶ Nec mirū q̄ hic ipsa eadē regna sub noibus uermiū eiusmodi p̄nunciant, q̄ apud Danielē p̄ feras terribiles, Leōnā, ursum, pardū, & aliā q̄ sine noie mirabilis & fortis dicitur, dētes ferreos habēs magnos, significātur. Eteñ cōtra hoīm quidē maxime Iudæorū imbecillitatē, regna illa quasi bestię fortes atq; feroces extiterūt: sed corām omnipotētia diuinitatis infirma & fragilia, siue etiā exigua tanq̄ locusta, uelut eruca, q̄si bruchus, & ceu rubigo reputata sunt, & uana fuit oīs pulchritudo eorū. Saltē hæc auribus p̄cipite oēs habitatores terræ. Si iā dicerem uobis illud, qd̄ post aliqua dicturus sum senib; de aduētū dñi & de die eius uēturo magno & horribili, nihilq; mali siue aduersi cōtingeret uel in tēpora longa fiet istud: sed nec fidē adhiberetis meis sermōibus. Aliter audiūt senes. Neq; em̄ afflictionibus excitati, sed pro sola dilectioe ad custodiā euigilāt mādatorū dei. Abiit hā senex bonæ senectutis & plenus dierū, sicut scriptura testat, nullā adhuc tubam audierat futuri per ignem iudicij, & pro sola dilectione creatoris, de terra & cognatione sua dicto obaudiens exiuit. Similiter cæteri senes quicunq; secundum exemplum illius senectute bona seruierunt, nequaquam p̄sentibus malis indigent ut excitentur, sed futura sponte tredunt, quæcunq; bona probis, quæcunq; mala reprobis promittit uel cōminatur deus.

Esai. 1.
Senes uere
uenerabiles
Sapia. 4

Philip. 3:

Gene. 3.
Duo hominū
genera.

Esai. 22

Quid eruca,
locusta, bruchus
& rubigo significāt.

Quatuor p̄cipua
regna
Dani. 7.

Ezech. 12

Gene. 12.

Vostia

Vos habitatores terræ, quia non sponte auditis, eruca, locusta, bruchus, & rubigine (de quibus iam dictum est) oportet circūcingi, ut non dormiatis. Expergiscimini ebrii & flete & ululate o mnes qui bibitis uinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore uestro. Notandum quo sensu dicat, qui bibitis uinum, addendo, in dulcedine. Non enim uini creaturam, sed bibentium tali sermone eodem nat luxuriam, eo quod non tantum ad necessitatem implendam, sed ad uoluptatem concitandam, uinum, quia dulce est, immoderate hauriant. Nunquam autem sine doloris amaritudine amittitur, quod cum dulcedine possidetur aut bibitur. Quoniam ergo perijt ab ore uestro, expergiscimini (inquit) o ebrii, quod sicut alius propheta dicit) potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Expergiscimini inquam, id est, hoc argumento finite uos perdoceri, quod cura sit deo de hominibus factis, & quod in nouissimo die suo magno & horribili (sicut diximus uobis) cum sita in iudicium adducturus sit, quia iam partim indicat & partim punit, dum ab ore uestro dulce uinum perit. Sic expergefacti, tunc demum flete & ululate. i. poenitentiam agite, ut mala uetera, mala his multo maiora possitis euadere. Quo perijt uinum? Ait. **Gens enim ascendit super terram meam fortis & innumerabilis, dentes eius ut dentes leonis, & molares eius ut catuli leonum.** Pro fuit uinea mea in deserto, ficum meum decorticauit, **Illudans spoliavit eam & protecit, albi facti sunt rami eius.** Sub metaphora locustarum hostium describit aduersus, hoc loco magis Assyriorum & Babyloniorum, quod tunc imminere. Nam de regno Macedonum atque Persarum, quod post futuri erant, & Macedonum quos multo post fuisse cognouimus; Romanorum quoque qui ultimi cum illa deleuerunt, posterius per ordinem agere uideat: singulariter quoque supuentura Iudaeis pronuntiare mala per declamationes singulas. Sicut enim quatuor promissit, eruca, locustam, bruchum, & rubiginem quatuor illa significas regna; sic etiam quatuor in clamat mala, consideras sub eiusdem regnis, euentura. Primo namque sic dicit. Expergiscimini ebrii & flete & ululate oes qui bibitis uinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore uestro. Deinde secundo. Plange quasi uirgo accincta sacco super uirum peribertatis tuae. Perijt sacrificium & libatio de domo domini, &c. Deinde tertio. Accingite uos & plangite sacerdotes: ululate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco ministri dei mei, quoniam interijt de domo dei uestri sacrificium & libatio, &c. Deinde quarto. Canite tuba in Syon, ululate in monte sancto meo. Conuertentur oes habitatores terrarum, &c. Quatuor istas in clamationes secundum regnos quatuor pressuras fieri arbitramur, de quibus iam dictum, & adhuc plenius per ordinem dicendum est. Nam quod deinde sequitur. Nunc ergo dicit dominus, conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & fletu & planctu: euangelicam poenitentiam predicationem precinit ac personat, quod primo Hierosolymis incepta, deinde in oes gentes predicata est. ¶ Nunc iam ad ordinem reuertamur. Gens enim (inquit) ascendat super terram meam fortis & innumerabilis. Quo fortis, quod eruca comparat siue locustis: Sed uere (ut iam dictum est) gens uel regnum Assyriorum siue Babyloniorum uere fortitudinis dei respectu, iure exiguis & seignibus comparat uermiculis: attamen contra Iudaeorum imbecillitatem ueraciter gens fortis predicat & innumerabilis. Proinde & locustam & bruchum & rubiginem & erucam in hoc eodem propheta dominus fortitudinem suam nuncupat his uerbis. Et reddam uobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna, quam misit in uos. Est ergo in his quod dicitur fortitudo dei, sed non illa fortitudo, quod non possit infirmari. Infirma est fortitudo, sed tamen sufficiens contra infirmitatem hominis, quod ne pulci quod resistere ualet, ut dormire possit. Itaque non minus locustarum siue erucarum multitudinem, quam ipsum quod per illas figurat exercitum Chaldaeorum forte dicas & innumerabile. Quid enim locustis innumerabilibus & fortius, quibus humana resistere non potest industria: ¶ Protinus fortitudinem gentis eiusdem exprimit iuxta ceptam metaphoram locustarum multitudinis. Dentes (inquit) eius ut dentes leonis, & molares eius ut catuli leonum. Nam quia locusta debet exiguo nocere consueuit, pulchre genti, quam per locustam figurauit, non arma ferrea, sed dentes nocuos ascribit. Miro autem modo dentes locustae hic dicuntur esse ut dentes leonis. Sic et in Apocalypsi similitudines locustarum similes dicuntur equis paratis in pliu, et dentes eorum sicut leonum. Quod parua corpuscula, quam magnos, quam ualentes in ore suo dentes habere dicuntur: Immo qui infirmi, qui breuis actus homines, quantum potestatem irato deo contra populum peccatorem habere permittuntur. Narratur quippe impietas hostium sub figura locustarum: et rursum sic de ipsis locustis dicitur, quasi si hostibus comparentur: ut cum locustas legeris, hostes cogites: cum hostes cogitaueris, redeas ad locustas. Dentes ergo eius uidelicet gentis locustarum (quod oia tropice intelligenda sunt) quasi dentes leonum, et molares illius

Bibere uinum in dulcedine.

Esa. 5.

Quatuor mala a quatuor regnis contra Iudaeos.

Gens fortis.

Infra. 2.

Infirmitas hominis.

Dentes Locustae notui.

Apoca. 9.

ut catu

ut catuli leonū: ut qui multitudine & brevis uitæ iuuenili saltu locustis corā quantur, in ferocitate & crudelitate leonibus cōparentur. Hæc (inquit) gens posuit uineā meā in deserto uidelicet illā, de qua Psalmista: Vineā (inquit) de Aegypto trāstulisti, eiecisti gentes & plātaſti eā. Et ficū meā decorticauit, scilicet eundē populū Iudæorū, ad quē & ego tandē ueni, ut ex ea comederē fructus, & nō inueni, maledixi q; ei & aruit, propter perseuerantē eandē sterilitatē, ob quā & illud cōtigit, q; eandē ficū olim taliū multitudo locustarū decorticauit.

¶ Nudans (inquit) spoliāuit eā & proiecit, albi facti sunt rami eius. Omnia sub metaphora locustarū dicta noscamus q; in tantū cūcta populātur, ut derodant arborū cortices, exutasq; projiciant, & omni uirore cōsumpto albos ramos aridosq; derelinquant. Sic factū est, & sic perijt ab ore uestro uinū, dō uos habitatores terræ q; bibitis uinū in dulcedine, ut expergiscar mini uos ebrīi, diutina ebrietate sepulti, id est, ut recogitet unusquisq; uestrū & dicat, quid fecit & pœnitentiæ ad flētū atq; ululatū cōuertamini. Sequitur L. **Plange quasi uirgo accincta sacco super uirum pubertatis tui, perijt sacrificiū & libatio de domo dñi, luxerunt sacerdotes ministri domini.** Post regnū Assyriorū atq; Chaldæorū, siue Babyloniorū, regnū Mædoꝝ atq; Persarū Iudæos captiuos tenuit. Sub illo regno Neemias planxit & fleuit, quē admodū ipse inter cætera refert his uerbis. Ego em̄ (inquit) eram pincerna regis, factū autē in mense Nisan anno uicesimo Artaxerxis regis, & uinū erat ante eū. Et leuaui uinū, & dedi regi, & erā quasi languidus ante faciē eius. Hæc & cætera que sequitur legentes, plane aduertimus illi tēpori & rei cōgruere, qd̄ hic propheta declamans Plange (inquit) quasi uirgo, accincta sacco, super uirū pubertatis tuæ. Quā ob causam? Perijt sacrificiū (ait) & libatio de domo dñi, luxerūt sacerdotes ministri dñi. Deniq; & istā causam suā mœstitiæ Neemias idē p̄miserat dicens. Et uenit Anani unus de fratribus meis ipse & uiri Iuda, & interrogauī eos de Iudæis q; remanserant & supererāt de captiuitate & de Hierusalē, & dixerūt mihi: Qui remanserūt & derelicti sunt de captiuitate ibi in provincia, in afflictione magna sunt & in opprobrio, & murus Hierusalē dissipatus est, & portæ eius cōbustæ sunt igni. Cūq; audissem uerba huiusmodi, sedi & fleui & luxi dies multos, & ieiunabā & orabā ante faciē dei cœli. Recte igitur et hic et quicūq; talē ob causam plangebant, assimilari iubētur uirgini plangētī sup uirū pubertatis suæ: flebāt em̄ nō, ut illi supradicti, pro eo q; p̄isset ab ore ipsoꝝ uinū et nō iā biberēt illud in dulcedine, sed pro eo q; perisset et sacrificiū et libatio de domo dñi in Hierusalē. Porro, deū, qui in Abraham, Isaac, et Iacob despondit sibi uirginē sp̄sā, nulla idolatrię forde maculatā, uiro pubertatis assimilati dicens, super uirū pubertatis tuæ. Vir namq; pubertatis siue uir uirginis dici quilibet cōsueuit, qui uirginē sponsam siue uxorē duxit. Secundū hanc similitudinē et per Hieremiam redarguendo loquitur deus. Non ut dñm me uocasti et patrem et principē uirginitatis tuæ. Nec uero prætereundū, q; cū dixisset, plange quasi uirgo, addidit, amicta sacco. Deniq; sub eodē regno Persarū, scilicet et Mædoꝝ, cū uellet Aman omnē Iudæorū, q; erāt in regno Assueri, pdere nationē, eo q; Mardocheus nō sibi fleteret genu, nec se adoraret. Mardocheus hoc audiens, scidit uestimēta sua, et indutus est sacco, spargens cinerē capiti, et in platea mediæ ciuitatis uoce magna clamabat, ostendēs amaritudinē animi sui. Similiter et cæteri Iudæi flebant et ieiunabant, regina Hester præ cæteris id agētē: q; et Mardocheo uerba hæc mandauit. Vade et cōgrega oēs Iudæos, quos in Susis reppereris, et orate pro me. Nō comedatis et nō bibatis tribus diebus ac noctibus, et ego cū ancillis meis similiter ieiunabo, et tunc ingrediar ad regē. Tunc profecto gens ipsa, cui nūc dicitur, plange quasi uirgo, erat amicta sacco, et plangebāt super uirū pubertatis suæ, id est, super deū patrū suorū. q; ostendisset eū: Hester ipsa sic inter cætera cōfiteute ac dicētē. Peccauimus em̄ in conspectu tuo, et iccirco tradidisti nos in manibus inimicorū nostrorū, coluimus em̄ deos eorū. Iustus es dñe. Hæc et hm̄i dicentes, nimirū reminiscebantur etiā terræ optimæ quam dederat eis deus, et condolebant sibi met, q; ipsis in captiuitatē ductis, terra ipsa uastitatē diuturnā patere tur. Recte ergo subiungitur. **L. Bepopulata est regio, luxit humus, quoniam uastata est triticum, confusum est uinum, elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, ululauerunt uinotores super frumento & ordeo, quia perijt messis agri. Uinea confusa est, & ficus elanguit, Malo granatorum & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt** quia cō-

Psal. 79

Math. 27.

Metaphora locustarum.

als t suæ,

Luctus Iudæorū sub Mædois & Persis. Neem. 2

Neem. 10.

Hiere. 3.

Luctus sub Assuero

Hester 4

quia confusum est gaudium a filiis hominū. Hęc omnia secundū prophetiā hanc acci-
disse sub iam dicto Babyloniorum regno, & perseverasse usq; ad Persarū & Medorū impe-
rium, illa prememorati Neemię cōquestio manifestat, cū dicit. Et timui ualde ac nimis, &
dixi regi. Rex in eternū uiue. Quare non mceret vultus meus, quia ciuitas domus sepul-
chorum patris mei deserta est, & portę eius cōbustę sunt igni? Vbi ergo quasi uirgini su-
per uiro pubertatis suę cōmemoratio facta est quę offendit, quā obrem & plangere iubet:
congrue cuncta hęc utilia, quę gignit humus optima, depopulata siue deuastata & cōfu-
sa esse, elanguisse atq; periisse cōmemoratur, ut ex istis quoq; causa planctus illi digne auge-
atur. Pertinent em̄ ista quoq; ad dotem, quā illa de tali uiro consequta est, quando egressa
de Aegypto & illum sequuta, legitimas matrimonij tabulas suscepit in monte Synai. Ter-
ram em̄ Chanaā pro hoc ipso talis ille uir dedit illi, ut seruaret fidem coniugij, sicut Psal-
mi sta testat his uerbis. Et dedit illis regiones gentiū, & labores populorū possederūt, ut custo-
diant iustificatiōnes eius, & legem eius requirant. Et uide in hac cōmemoratione, quā ua-
lida reprehensio est, licet breuis. Nā & si quæreres quare depopulata est regio, & luxit hu-
mus, quā obcausam uastatū est triticū, confusum est uinū, elāquit oleū, & cętera perierunt
siue aruerunt: confestim causam reddens, quia confusum est (inquit) gaudiū a filiis hominū
id est quia confuderunt gaudiū, siue non seruauerunt ordinem gaudij filij hominū. Primū
em̄ & principaliter gaudere debuerant in domino: secundarie uero non in bonis, sed de bo-
nis domini, super frumento uino & oleo & cęteris quę dantur à domino. Hic erat rectus
ordo gaudij. Hunc ordinē ita confuderūt filij hominū, ut in dño gaudere negligerēt, in bo-
nis autē dñi gaudere cuperent. Hoc fecerūt filij hominū, & iccirco plange quasi uirgo, quia ta-
les tecū uel apud te fuerūt, qui uirū pubertatis tuę tibi offensum, & illi domū suam quasi ex-
traneū fecerūt. Sequitur. Accingite uos & plangite sacerdotes, ululate ministri al-
taris, ingredimini, cubate in sacco ministri dei mei, quoniam interijt de domo dei
uestri sacrificium & libatio. Sacrificate ieiunium, uocate cœtum, congregate se-
nes, omnes habitatores terrę in domum dei uestri, & clamate ad dominum. a. a. a.
diei, quia prope est dies domini, & quasi uastitas a potēte ueniet. Post regnū Per-
sarū atq; Medorū, de quo iā dictū est, talia nimirū Iudęis acciderūt sub regno Gręcorum
propter q̄ sic in clamare debuerit spūs propheticus, non minus, imō & plusq̄ in clamauerat
propter mala q̄ futura erant sub duobus regnis p̄cedentibus. Tunc em̄ secundū prophetiā
Danielis de uno ex quatuor cornibus hirci magni, qui arietē misit in terrā & cōculcauit, e-
gressum est cornu unū modicū, & factū est magnū cōtra meridiē, & cōtra orientē, & con-
tra fortitudinē, & magnificatū est usq; ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine & de
stellis, & cōculcauit eas, & usq; ad principē fortitudinis magnificatus est, & ab eo tulit iuge
sacrificiū, & deiecit locū sanctificationis eius. Hic fuit Antiochus illustris, filius Antiochi
regis, ut testatur liber Machabęorū, radix peccati: qui & ædificauit abominandū idolū de-
solationis super altare dei, & tanta fecit quāta legentes horremus, tā in primo q̄ in secundo
Machabęorū libris. Tunc utiq; interijt de domo dei sacrificiū & libatio, & propter hoc ac-
cinxerunt se & planxerunt sacerdotes, & ululauerunt ministri altaris, & ingressi sunt & cu-
bauerūt in sacco ministri dñi. Exēpli gratia. Et cōgregati sunt (inquit) & uenerūt in Mas-
phath, & ieiunauerūt, & induerunt se cilicijs & cinere in capite suo, & destituerūt uestimē-
ta sua, & expanderūt libros legis, & attulerūt ornamenta sacerdotalia, & primitias & deci-
mas, & suscitauerunt Nazaręos, qui impleuerūt dies, & clamauerunt uoce magna in cœ-
lū dicentes: Quid faciemus istis, & quo eos ducemus? &c. Hos propheta prospiciens ieiunā-
ntes, & ieiunandi necessitatē habentes, sanctificate (inquit) ieiuniū, uocate cœlū. Nimi-
rū q̄ ait, sanctificate ieiuniū, tale est quale illud apud Esaiā. Nolite ieiunare sicut usq; in hęc
diem. Et subinde. Nōne hoc est magis ieiuniū quod elegi? Dissolue colligationes impieta-
tis, solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui cōfracti sunt liberos, & omne onus dirū-
pe. Frange esurienti panē tuū, & egenos uagosq; induc in domū tuā. Ita sanctificātes, id est
sanctū facientes ieiuniū, uocate (inquit) cœtū, congregate senes, omnes habitatores terrę.
Cœtū conuocatū in duos greges dispares diuidit, scilicet senū & habitatorū terrę, dicendo
cōgregate senes oēs habitatores terrę: de q̄rū distātia supra diximus, ubi ait. Audite hęc
senes &

Neem. 2.

Dos gētis Iu-
daicę, terra
Chanaan.
Psal. 107.

Rectus ordo
gaudiū,

Luctus Iude-
orum sub re-
gno Gręcorū

Danic. 8.

1. Mach. 7.

1. Mach. 3.

Sanctificare se-
iunium.
Esai. 58.

L senes &

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. I.

Dies dñi ex p
cedēribus ma
lis credi debz.

senes, & auribus percipite oēs habitatores terræ. Cū ergo cōgregati fuerint, clamate (inquit) ad dñm & dicite. a. a. a. diei, quia prope est dies dñi, & quasi uastitas à potente ueniet. Malis p̄sentibus cōmoniti, & senibus attestatibus certificati, credāt & clamēt oēs habitatores terræ, q̄a prope est dies dñi, q̄a ueniet dies iudicij, q̄a ueniet dies dñi magnus & horribilis. Nā sicut longe posterius propheta testatur, hæc omnia fient antequam ueniet dies domini magnus & horribilis: & iccirco fient antequā ueniat, ut sine dubio credatur uenturus, cum fuerint facta ista quæ per eosdē prophetas sunt prænunciata. Si quis em̄ de illa parte prophetiæ, id est, de die dñi magno & horribili dubitare uoluerit, ostendatur illi pro argumēto cōpleta hæc prophetiæ pars, scilicet eruca & locusta et bruchus, de quibus iā diximus, ut cōpellatur scire, q̄ ille quoq; dies quasi uastitas à potente ueniet, quasi uastitas in quā, ut uidelicet (sicut Esaias ait) ponat uniuersum orbē desertum et peccatores perdat ex eo. Diciturq; eis qui eiusmodi sunt. Nunquid nō corā oculis uestris alimenta perierunt, de domo dei uestri lætitia et exultatio? Et est sensus. Quid adhuc increduli permanetis? Quid adhuc aduertum diei domini magni & horribilis dubitabile esse uultis? Nunquid nō uidistis? aut uidetis oculis uestris prophetiæ partē cōpletā esse quā prophetauimus uobis? Nunquid nō iam uenerūt, eruca, locusta, & bruchus, atq; illis de uastatibus perierūt alimenta, perijt de domo dei uestri lætitia & exultatio? Adhuc aliquibus in impœnitētia permanentibus, conuersus idē prophetiæ spūs cōuersus ad suos. **Computruerunt iumenta in stercore suo.** Iumenta namq; in stercore suo putrescere est, carnales quosq; & luxuriosos in foetore luxuriæ uitā finire, quales utiq; fuerunt illi tēpore iam dicti Antiochi, sicut idē liber Machabæorum testatur. Exempli gratia, cū dicit. Eten̄ ausus est Iason sub ipsa arte gymnasium construere, & optimos quosq; Epheborū in lupanaribus ponere. Item. Pestilētia autē & uniuersis grauis malorū rat incurso. Nam templum luxuria & comestationibus erat plēnū, & scortantiū cum meretricibus, sacratisq; ædibus mulieres se ultro ingerebant, introferentes ea quæ nō licebant. Itaq; secundū illud tēpus congrue sic exclamat, **computruerunt iumenta in stercore suo: luxuriantibus illis mira cordis impœnitentia, cū perissent coram oculis ipsorum alimenta, et de domo dei lætitia et exultatio.** Deniq; iā Antiochus ciuitatem armis cōpperat, erantq; toto triduo octuaginta milia interfecti, quadraginta milia uincti. Desolationem eiusmodi adhuc declamans. Sequitur et dicit. **Demolita sunt horrea, dissipate sunt arboræ, quoniam confusum est triticum, quid ingemuit animal, mugierunt greges & armentum.** Quia non est pascua eis, sed & greges pecorum disperierunt. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestię agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis comedit speciosa deserti. **Quoniam am (inquit) confusum est triticum, iccirco horrea demolita sunt: et quia uinū perijt, apothecæ dissipatæ sunt, quia nimirum si frumenta et uina non fuerint, frustra horrea et torcularia præparantur.** Sed quid sibi uult, q̄ percunctatur et dicit, quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti: statimq; causam illorū responderet dicens, quia non est pascua eis? Nō mirū brutis animalibus et gregibus armenti similes eos uult haberi, quamuis homines sint, qui ingemiscere nesciunt, nisi pro penuria cibi, nullum habentes dolorem de peccatis suis et hoc solum esse miserum siue dolendū reputantes, si uentri quippiam desit. Huiusmodi animalia siue greges nō solum ingemiscunt, quando non est pascua eis, sed et greges (inquit) pecorum disperierunt, id est, eiusmodi homines, qui multi sunt, quasi greges pecorum in tēpore tentationis, recedunt: murmurantes si non fuerint saturati, et blasphemantes deum. Quod si aliquis quærat dicens, Tu autem quid agis ò propheta, ut exemplū tuum sequatur homo rationalis, quē non uis aut censes brutum esse animal? Ad te (inquit) domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, et flamma succēdit omnia ligna regionis. Et est sensus. Tibi domine peccata mea confitebor, ego uel omnis rationalis et sensatus homo, propter peccata nostra traditi sumus in manu hostili, qui terram nostram uastauerūt et succenderunt igni: Non solum autem hoc, sed et bestię agri (inquit) quasi area sitiens imbrem suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, id est, tāta siccitas est et defectus imbrium, ut exiccatis fontibus, bestię quoq; agri siti pereant, poenam sustinētes propter peccata

In stercore suo
cōputrescēt
z. Mach. 4
z. Mach. 6.

z. Mach. 7.

als t̄rietum

Animalibus
brutis similes.